



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

M. Cato Semior. Capvt XLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Eadem ex Graco expressa.

ANea quidem cæcitatem meam molestè ferebam, nunc autem do leorad hoc oculorum incommodum non accessisse surditatem. Neque enim consiliorum, sententiarumque ignauiam, atque turpitudinem audirem, quibus Pop. Romani gloria breui est interitura. Vbi uester ille omnium quotquot sunt mortaliū aures peruagari sermo? Quo iactabatis, illum Alexandrum Magnum si in Italiam venisset, cum & vos itatis flore, & vestri parentes consiliorum vigore florarent, inuictum (ut prædicabatur) hand quaquam futurum, sed aut fuga, aut certe, quod grauius est, cruce vestri imperij nomen sanctitum fuisse. Phalerata (ut apparet) verba fuere, inania veritatis, plenissima iactationis. Chaonas quippe, & Molossos perpetuam Macedonim prædam timetis. Pyrrhum exhorreficitis, qui ynum aliquem ex istis Alexandri satellitibus semper affectatus, nume non tam Græcis suppetias ferēs, quam ipse domesticos hostes fugiens, circa Italiam diffusus vagatur. Scilicet isto vobis copiarum labore pollicetur orbis imperium, quibus particularē Macedonia seruare non valuit.

Nolite existimare hominem, si semel placaueritis a vobis recessūrum, quin potius hac lenitate inumeros alios estis excitaturi, qui vobis tanquam mortaliū contemptissimis insultent, cum præsertim Pyrrhus non modo post tot illatas iniurias impune abeat, sed etiam mercedem à P. R. ferat, quod vos Tarentinorum, & Samnitium fecerit ludibrium.

His addit Cicero C. Fabritium, qui est ad Pyrrhū de captiuis recuperandis missus Orator. Titum Coruncanum, quod ex Pontificum commentarijs longe ingenio valuisse videtur M. Curium, quod is Tribunus plebis interrege Appio Claud. Cæco diserto homine, comitia contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat. Patres ante autores fieri cogebit: quod fuerit permagnum, nondum lege Menia lata. Liceat aliquid de Marci Popilij ingenio suspicari, cui cum Coss. esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum lāna ficeret, quod erat flamen Carminalis, plebis contra Patres concitatione, & seditione nuntiata, ut erat lāna amictus, ita venit in concessionem, seditionemque, tum authoritate, tum oratione sedauit.

M. Corn. Cethagus.

CAPVT XLI.

M. Cornelius Cethagus amplissimis honribus functus, ut qui adolescentis pontifex factus est, & Consulatum getis bello Punico II. anno ab urbe condita D C. cum P. Sempronio Tuditano eloquentiæ laudibus floruit, de quo notissimi versus Ennij.

Additum orator Cornelius suauiloquenti

Ore Cethagus Veteris collega Philoni

Filius, is dictus ollis popularibus olim

Quatuor viuebant homines, atq; uii agitabant.

Flos delibatus populi, suaudaque medulla.

Vbi Cicero cum animaduerit dici oratore, & suauiloquentem, quod suis temporibus in plenisque, non tam fuisse assertit, cui latrare potius, quam loqui videbantur. Nec satis ut hominis decus ingenium, sic ingenij ipsius lumen eloquentia, qua virtus excellenter præclarè, tum illi homines florem populi esse dixerunt: & quam Deam in Periclis labtis (scriptis Eu- polis) secessit, huius medullam Ennius Cethagus oratorem esse dixit.

M. Caro Senior.

CAPVT XLII.

Quem virum ex Cicerone Dij boni mitto ciuem, aut senatorem, aut Imperatorem: oratorem enim hoc loco querimus. Quis illo grauior in laudando: acerbior in vituperando: in tententij arguor: in docendo, edifferendoque subtilior? Referet sunt eius orationes amplius centum, & quinquaginta, & verbis & rebus illustribus. Licet ex ijs eligant ea, que notatione, & Claude digna sunt. omnes oratores virtutes in eis reperientur. Iam avero origines eius, quem florem, aut quod lumen eloquentie non habet. Amatores huic desunt, sicuti multis iam ante faculis, & Philisto Syracusio, & ipsi Thucididi. Antiquior quidem est eius sermo, & quædam horridiora verba haberet, ita enim tum loquebantur. Id muta, quid tum ille non potuit, & adde numeros. & aptior sit oratio: ipsa verba compone, & quasi coagimenta, quod ne Græci quidem veteres factauerunt, iam neminem antepones Catoni. b Ornati orationes Græci putant, si verborum immutationibus vtantur; quos appellant ῥητορες & sententia-

tum,

xum, orationisque formis, quas vocant σχήματα. Non verisimile est quam sit in utroque genere creber, & distinctus Cato: & id quidem licet ex ijs, quae supersunt fragmentis agnoscere. Quae grauitas in eius oratione apud Liuiū (quam nos suo loco reddemus) quis spiritus in Apophategmatis: cum inuectus in Pop. Ro. prodigalitatem, & ignauiam dixit.

(Quam difficile est, verba facere ventri aures non habent.) (Et illud) (omnes viri vxoribus imperant, nos omnibus viris, nobis vxores.) Quid cum censuram petens inter blandientes populo competitores vnum verbum effatus, (Quirites eligite me, vobis opus est scuero medico, & magna purgatione.) Non poterat hic animus non esse aptum eloquentiae solum. Cum Catone fuerunt grandiores natu (C. Flaminius, C. Varro, Q. Maximus, Quintus Metellus, P. Lentulus, P. Crassus, &c.)

N. N.

a Accuratissimum hoc opus fuisse testatur, Dion. Halicarnass. Criticus πόρνος τι Κάτων ὁ τὰς γνώσεις τῶν ἐν Ιταλίᾳ πολιτειῶν επιμελίσαται οὐαγγέλων, sed hoc ad hunc potius historia, quam eloquentiae. b. Ideo dictus à plerisq; Demosthenes τῷ Στράτῳ πολλὰ μὲν ἀπὸ τῆς λόγου δύναμις ἔνεκτος, ηγεμαῖων αὐτὸν εἰ πολλὰ διηθεῖν προσηγόρευον.

Q. Fabius Pictor.

CAPVT XLIII.

Quintus Fabius Pictor inter eloquentes à Cicerone numeratur in Bruto, sicut & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. Hic ipse est Historicus, sive Annalium scriptor Romanorum, omnium historiæ conditorum antiquissimus, quem Cinnaeus, Calphurnius, Dionysius, Liuius, ceterique alij in multis sequuntur, cōquæ etiam subinde illum in suis operibus citant.

a Husius testimonij sapè vitetur Dionys. Halicarnassensis, & antiquissimum, atque accuratiss. scriptorem nominat.

C. Lelius, & P. Africanus.

CAPVT XLIV.

Caius Lelius, & P. Africanus fuerunt imprimis eloquentes; quorum extabant

Ciceronis temporibus orationes, ex quibus existimari de ingenij oratorum potest. Et quanquam ea fuit opinio, ut plurimum tribueretur ambobus, dicendi ramen laus est in Lelio illustrior. At oratio Lelij de collegis non est melior, quam de multis, quam voles Scipionis: non quod illa Lelij quicquam sit dulcior, aut quod de religione dici possit augustius, sed tamen multo horridior, & vetustior ille, quam Scipio: & cum sint in dicendo variae voluntates, delectare magis antiquitate videtur & lubenter verbis, etiam ut paulo magis priscis Lelius. (Sed est mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere.) Nam ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriati bello reperimus fuisse Lelium, sic ingenij literatum, eloquentiae, sapientiae denique, et si utriusque primas, priores ramen libenter deferunt Lelio. Haec Cicero. Ceterum P. Scipionis, quo eminentior *Scipionis* fortuna, & excelsior animus, sic etiam illa *pro via* in strior eloquentia visa est: Accedebat maiestas *vultu*, & ad miraculum usque magna, ut cuius asperoratione etiū faci latrones in villa Linteriona cum offēt maiestas. dissent, tanquam Deum coluerunt. Nam postes Ianuæ, velut religiosissimam aram, sanctuquetemplum venerati, cupide Scipionis dextram apprehenderunt, ac diu osculari positis ante vestibulum donis, quia Deorum immortalium numini conferari solent, læti quia Scipionem vidisse contigisset, ad lares proprios reueterunt. Quid hoc fructu maestatis excepsis? quid etiam iucundius? hostis iram admiratione sui placauit: spectaculo præsentia suæ latronum gestientes oculos obstupecfecit. Delapsa cœlo sydera hominibus, si se offerant venerationis amplias non recipient. Quid cum M. Naenius Tribunus plebis accusaret eum ad populum, qua oratione respondit. Memoria (inquit) Quirites repetto eum esse hodiernum, quo Annibalem Pœnum imperio nostro, impinacissimum magno imperio vici in terra Africa, pacemque & victoriam vobis peperi insperabilem. Non igitur sumus aduersus Deos ingrati, & censeo relinquamus nebulonem hunc, etiamque nunc protinus Ioui optimo max. gratulationem. Id cum dixisset auerrit, & ire in Capitolum cœpit, tum concio vniuersa, quæ ad sententiam de Scipione ferent am venerat, testis Tribuno Scipionem in Capitolum comitata: atque inde ad ædes eius cum lati-

*Ciceronis
de eloquen-
tia Scipio-
nis, & Lelij
iudicium.*

Valer.

Maxim. I.

*Gell. no.
Tib. Atti:
car. l. 5. c. 18.*